

1296, agost, 28

Gueraua de Puigpardines, piatera de Sant Daniel, estableix a Pere Joan Fort el mas de Ramon de Rissec, de Bordils, que ha restat sense tenidors, i el camp dit de Suardell.

ASD núm. 319, perg. orig. 340 x 390 mm, carta partida.

Sit omnihus notum quod ego Geralda de Podiopardinarum, pietaria monasterii Sancti Danielis Gerunde, et Andreas Sunearii ciuis Gerunde, uisa et inspecta utilitate officii pietarie dicti monasterii et mei dicti Andree, per nos et successores nostros donamus et stahilimus tibi Petro Iohannis Portis de ses Oliues et tuis in perpetuum mansum Reimundum de Riuosicco de Burdillis qui nohis deuenit ad heneuisum propter tenetorum deffectum diu est, in quo dictum officium pietarie hahet de octo partibus quinqué partes et ego dictus Andreas tres partes. Predictum quidem mansum cum domihus, quintanis, terris, lahoracionibus panis et uini et cum oliuariis et aliis arhorihus generum diuersorum, et cum intratihus, exitihus, pertinentiis, possessionibus et tenedonihus suis cultis et heremis et cum omnihus melioramentis et augmentis ihi factis et faciendis tibi et tuis perpetuo donamus et stahilimus ut melius potest dici uel intelligi ad tuum et tuorum honum intellectum et comodum; et predicta quantum ad utile dominium constituimus nos tuo nomine possidere uel quasi donec corporalem et uacuum eorum possessionem acceperis, quam tua propria auctoritate quando uelis passis accipere et deinde perpetuo retinere ad omnes tuas et tuorum uoluntates omni tempore faciendas, saluo in omnihus iure nostro et successorum nostrorum, et dahitis inde tu et tui nohis et successorihus nostris secundum dictas partes annuatim pro censu uiginti denarios harchinonenses de terno et duo paria caponum in festo Natalis Domini et eciam agraria consueta de terris que ihi pro nohis tenentur, scilicet de campo de Suardello qui affrontat ah oriente in honore quod tenet Petrus de Pino et a circio in honore Arnaldi de Puteo, duas taschas; et de fexia de Suardello que affrontat ab oriente in honore Berengarii de Spigol et a circio in honore quem tenet Petrus de Pino, unam tascham; et de alio campo de Suardello qui affrontat ab oriente in campo Petri de Trilia, quartum et braciaticum; et de quadam alia fexia de Suardello que affrontat ab oriente in honore mansi de Podiolo et a circio in honore uxoris Andree de Oloto, duas taschas et nulla agraria detis; de campo uocato de Oliuariis et de quadro qui est in plano de Molleto, et de campo de Canali et quod in dicto manso tu et tui faciatis residenciam personalem, et saluo iure aliorum pro quibus ibi honores tenentur et saluo quod si Iacobus pater tuus et Guilielma mater tua discordarent tecum et uxore quam duxeris, habeant deinde et teneant ac expletent ambo et alter eorum post alium dum uixerint terciam partem dicti mansi et omnium honorum et bonorum eius usufructuaria iure, quem usumfructum eis concedimus. Et racione huius stabilimenti confiteor ego dictus Andreas pro me et pro dicta pietaria habuisse et recepisse a te trecentos solidos barchinonenses de temo pro accapite inde pertinenti inter ambobus et aliis pro quibus ibi honores tenentur, a quibus hoc uobis firmari faciam ego dictus Andreas et etiam a baiulis qui habeant ibi firmaré sine tua missione, renunciando excepcioni non numerate peccunie; et insuper tu inde euenis homo proprius nostri amborum secundum dictas partes; et si amplius inde debemus habere, totum tibi gratis remittimus et donamus, renunciantes legi qua deceptis ultra dimidiam subuenitur et restitutioni in integrum et omni

alii iuri contra hoc uenienti. Promitens ego dictus Andreas Sunearii per me et meos predicta uobis semper in pace facere habere et tenere contra cunctas personas, et quod uos deffendemus et indempnes seruemus ego et mei a petitionibus si que introducte fuerint contra uos, et propter hoc de euiccione et omni interesse tibi et tuis obligo me et meos et omnia bona mea ubique. Ad hec ego Petrus Iohannes, firmans et laudans per me et meos omnia et singula supradicta liberi a domino racione dicti stabilimenti euenio et facio me hominem proprium uestri dictorum pietarie et Andree Sunearii et uestrorum successorum, scilicet duas partes perpetuo cum prole de me descendenti, promitens uobis et successoribus uestris quod ero fidelis et legalis de corporibus et auere, et quod uos et non alium sine uestra uoluntate semper reclamem in meos dominos naturales. Et propter hoc in presenti facio homagium uobis dicto Andree recipienti nomine uestro et dicte pietarie.

Actum est hoc .v. kalendas septembris anno Domini .Mccxc. sexto.

Sig+num Geralle de Podiopardinarum, sig+num Andree Sunearii, sig+num Petri Iohannis predictorum, qui hoc firmamus et laudamus. Testes pro firmamento dictorum Andree et Petri Iohannis, factis die et anno predicto, sunt Petrus de Guarnallo, campsor Gerunde et Bernardus de Maruyn de Camonibus; et pro firmamento dicte pietarie, facto .nn. idus octobris eodem anno, sunt testes Bernardus de Lacu, clericus Sancti Danielis et Petrus de Rexacho de Stagneolo. Sig+num fratris Raimundi Arnalli, prioris de Ceruiano, qui hoc firmo, saluo iure nostra in omnibus*. Sig+num Bernardi Geralli, cuius Gerunde, qui hoc firmo, saluo iure meo in hoc quod pro me tenetur. (s. man.) Raimundi de Sancto Antonio, publici scriptoris de Monellis, in cuius manu et posse domina Elicsendis de Moreria de Monellis hanc cartam firmavit et laudauit racione cuiusdam fexie terre que pro ipsa tenetur. Ego frater Bernardus de Uerderia, monachus et elemosinarius, subscribo. Sig+num Dalmacii de Puteo', qui hoc firmo saluo iure meo in omnibus. Sig+num Bernardi Monerii, ebdomedarii de Burdillis, in cuius manu domina Ermengartz, uxor Dalmacii de Puteo, cuius Gerunde hec firmavit, presentibus testibus Bernarda Monerii et Bonanato Canaderii, diacono de Burdillis, .nn. idus februarii anno Domni .MCCCXXI ..

Eg(s. man.)o Bisullunus Burgesii, publicus notari us substitutus auctoritate regia a Raimundo de Toyllano, publici Gerunde notaria, hec scripsi et clausi.

Extret de: Marquès, Josep M., ed. Col·lecció diplomàtica de Sant Daniel de Girona (924-1300). Barcelona: Fundació Noguera, 1997. 607-609